

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

In natali unius sacerdotis: Lesung aus dem Evangelium nach Matheus

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

quo quisquis alius homo . aliquid
eorum fecit . ipso faciente fecit .
Haec autem ipse . non illis facientibus . fecit .

IN TVNVS S^{ER}DOTIS

LIC S^{CI} I^{VA} S^{IC} MATHIUM .

In illo temp^{ore} . Dixit ih^{esu}s discipulis suis
parabolam hanc . Homo quidam
peregre proficiscens uocauit ser-
uos suos & tradidit illis bona
sua . Et reliqua .

L **OMNIBUS BEATI GREGORII**
PAPAE DE HADIM ICTIONE .
ECTIO . S^{CI} EUANGELII
fratres kmⁱ . sollicite considerare
nos a^d mon^{et} . nenos qui plus ceteris
in hoc mundo accepisse ali-
quid cernimur . ab aucto-
re mundi grauius inde iudicemur .

Cum enim augentur dona . rationes
& iam crescunt donorum .

Tanto ergo esse humilior atque ad
seruiendum promptior quisque de-
bet ex munere . quanto se obligatio-
nem esse conspiciat in reddenda ra-
tione . . . Ecce homo qui peregre
proficiscitur seruos suos uocat eisq^{ue}
ad negotium talenta partitur .

Post multum uero temporis postu-
rus rationem reuertitur . bene
operanter pro adportato lucro
remunerat . seruum uero ab uno
opere torpentem damnat .

Quis itaque iste homo est qui pere-

gre proficiscitur . nisi redemptor nos-
ter . qui in ea carne quam adsump-
serat abiit in caelum . . . Carnis
& iam locus proprius e terra est .
Quae quasi ad peregrina ductur . dum
per redemptorem nr^{um} in caelo
collocatur . . . Sed homo iste peregre
proficiscens . seruis bona sua tradidit .
quia fidelibus suis sp^{irit}alia dona
concessit . . . Et tunc quidem quinq^{ue}
talenta . Alii uero duo . Alii uero com-
misit unum . . . Quinque & enim sunt
corporis sensus . . . Videlicet . uisus .
auditus . gustus . odoratus . & tactus .
Quinq^{ue} igitur talentis . donum quinq^{ue}
sensuum . id est exterior^{um} in scientia
exprimitur . . . Quobus uero intellec-
tus . & operatio designatur . . .

Vnius autem talenti nomine . intel-
lectus tantum modo designatur . . .

Sed is qui quinque talenta accepe-
rat . alia quinque lucratus est . . .

Qui sunt nonnulli . qui & si interna
ac m^{yst}ica penetrare nesciunt .
pro intentione tamen superne pa-
triae . docent recta quos possunt
de ipsis exterioribus . quae acceperunt .

Dumque se acarnis peculantia .
a terrenarum rerum ambitu . atq^{ue}
uisibilium uoluptate custodiunt .
ab his & iam alios ammonendo con-
pescunt . . . Et sunt nonnulli . qui
quasi duobus talentis ditati . intel-
lectum atque operationem percipi